


MESSA DI I MORTI



EXULTABUNT DOMINO* *OSSA HUMILIATA*

MISERERE MEI DEUS* *SECUNDUM MAGNAM,
MISERICORDIAM TUAM*

ET SECUNDUM MULTITUDINEM MISERATIONUM TUARUM*
DELE INIQUITATEM MEAM

AMPLIUS LAVA ME AB INIQUITATE MEA* *ET A PECCATO
MEO, MUNDA ME*

QUONIAM INIQUITATEM MEAM EGO COGNOSCO* *ET
PECCATUM MEUM, CONTRA ME EST SEMPER*

TIBI SOLI PECCAUI ET MALUM CORAM TE FECI * *UT
JUSTIFICERIS, IN SERMONIBUS TUIS, ET VINCAS
CUM JUDICARIS*

ECCE ENIM IN INIQUITATIBUS CONCEPTUS SUM* *ET IN
PECCATIS, CONCEPIT ME MATER MEA*

ECCE ENIM VERITATEM DILEXISTI* *INCERTA ET OCCULTA
SAPIENTAE TUAЕ, MANIFESTASTI MIHI*

ASPERGES ME HYSSOPO ET MUNDABOR* *LAVABIS ME, ET
SUPER NIVEM DEALBabor*

AUDITUI MEO DABIS GAUDIUM ET LAETITIAM* *ET
EXULTABUNT, OSSA HUMILIATA*

AVERTE FACIEM TUAM A PECCATIS MEIS* *ET OMNES
INIQUITATES, MEAS DELE*

COR MUNDUM CREA IN ME DEUS * *ET SPIRITUM RECTUM,
INNOVA IN VISCERIBUS MEIS*

NE PROJICIAS ME A FACIE TUA* *ET SPIRITUM SANCTUM
TUUM, NE AUFERAS A ME*

REDDE MIHI LAETITIAM SALUTARIS TUI* *ET SPIRITU
PRINCIPALI, CONFIRMA ME*

DOCEBO INIQUOS VIAS TUAS* *ET IMPII, AD TE
CONVERTENTUR*

LIBERA ME DE SANGUINIBUS DEUS DEUS SALUTIS MEAE* *ET
EXULTABIT LINGUA MEA, JUSTITIAM TUAM*

DOMINE LABIA MEA APERIES* *ET OS MEUM
ANNUNTIABIT, LAUDEM TUAM*

QUONIAM SI VOLUISSES SACRIFICIUM DEDISSEMUTIQUE* *ET
HOLOCAUSTIS, NON DELECTABERIS*

SACRIFICIUM DEO SPIRITUS CONTRIBULATUS* *COR
CONTRITUM, ET HUMILIATUM DEUS, NON
DESPICIES*

REQUIEM AETERNAM DONA EIS DOMINE* *ET LUX
PERPETUA, LUCEAT EIS*

EXULTABUNT DOMINO * *OSSA HUMILIATA*

SUBVENITE

Subvenite sancti dei
Occurrite angeli domini
Suscipientes animam ejus
Offerentes eam in conspectu altissimi.

*Susciplat te christus
Qui vocavit te
Et in sinum abrahae
Angeli deducant te.*

Suscipientes animam ejus
Offerentes eam in conspectu altissimi
Requiem aeternam dona eis domine
Et lux perpetua luceat eis
Offerentes eam in conspectu altissimi

Quando u corpu entr

Introitus

Requiem, æternam dona eis, Domine ; et lux perpetua
luceat eis.

Te decet hymnus Deus, in Sion, et tibi reddetur votum
in Jerusalem.

Exaudi orationem meam; ad te omnis caro veniet.

*Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua
luceat eis.*

*K*yríe eleison,
Christe eleison
Kyrie eleison

Graduale,

Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. In
memoria æterna erit justus : ab auditione mala non timebit.

"Donne-leur le repos éternel, Seigneur, et que la lumière éternelle les illumine. Le juste restera dans un
souvenir éternel, duquel il n'a pas à craindre une mauvaise réputation."

Tractus

Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo
delictorum et gratia tua illis succurrente mereantur evadere judicium
ultionis, et lucis æternæ beatitudine perfui.

"Absous, Seigneur, les âmes de tous les fidèles défunts de tout lien de péché, et que, secourues par ta
grâce, elles méritent, Seigneur, d'échapper au jugement vengeur et de goûter aux joies de la lumière
éternelle."

Sequentia

Dies iræ, dies illa,
Solvat sæclum in favilla
Teste David, cum Sibylla

Quantus tremor est futurus
quando iudex, est venturus,
cuncta stricte, discussurus

Tuba mirum spargens sonum
per sepúlcræ regiõnum,
coget omnes, ante thronum

Confutatis maledictis,
flammis ácribus, addictis,
voca me, cum benedictis.

Oro supplex et acclínis
cor contrítum quasi cinis,
gere curam, mei finis

Lacrymósa dies illa,
Lacrymósa, dies illa
quæ resúrget, quæ resúrget, ex favilla

judicándus homo reus
Huic ergo, parce Deus.

Pie Jesu jesu Dómine
Pie, jesu jesu domine
dona eis, dona eis, réquiem Amen

ffertorium

Domine Jesu Christe, Rex gloriæ, libera animas,
omnium. Fidelium defunctorum, de poenis inferni, et
de profundo lacu.

*V : Libera eas de ore leonis,
ne absorbeat eas tartarus,
ne cadant in obscurum*

Sed signifer sanctus Michael, repræsentet eas in
lucem sanctam.

Quam olim Abrahæ, promisisti et semini ejus.

V/. Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus; tu suscipe
pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus. Fac eas,
Domine, de morte transire ad vitam.

* Quam olim Abrahæ promisisti et semini ejus.

***S**anctus, Sanctus, Sanctus Dominus ; Deus Sabaoth*

Pleni sunt coeli et terra, gloria tua ; Hosanna in excelsis.

*Benedictus qui venit in nomine Domini ; Hosanna, Hosanna
in excelsis.*

***D**ona eis requiem*

Agnus Dei, qui tollis, peccata mundi, dona eis requiem

*Agnus Dei qui tollis, peccata mundi, dona eis
requiem,*

*Agnus Dei, qui tollis, peccata mundi, dona eis requiem
sempiterna, dona eis requiem sempiterna.*

***C**ommunio*

Lux æterna luceat eis Domine

cum sanctis tuis in æternum quia pius es.

*V/. Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua
luceat eis.*

Cum sanctis tuis in æternum quia pius es.

Libera me Domine, de morte æterna, in die illa tremenda

Quando coeli movendī sunt et terra

Dum veneris, iudicare sæculum, per ignem.

*Tremens factus sum ego, et tíneo, dum díscussio
venerít, atque ventura ira.*

Quando coeli movendi sunt et terra,

*Dies illa díes iræ, calamitátis et miseríæ, díes magna
et amara valde.*

Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

*Requiem æternam, dona eís Domíne, et lux perpetua
luceat eís.*

Libera me Domine, de morte æterna, in die illa tremenda

Quando coeli movendī sunt et terra

Dum veneris iudicare sæculum per ignem

Kyrie eleíson, chríste eleíson, kyrie eleíson

In Paradisum deducant te Angeli,

In tuo adventu suscipiant te martyres,

Et perducant te in civitatem sanctam
Jerusalem.

*Chorus Angelorum te suscipiat ,
et cum Lazaro quondam paupere
aeternam habeas requiem.*

Requiem eternam, Dona eis Domine

Et lux perpetua, Luceat eis.

LITANIE DI I SANTI

SANCTA MARIA	ORA PROEIS
SANCTA DEI GENITRIX	ORA
SANCTA VIRGO VIRGINUM	ORA
SANCTE MICHAEL	ORA
SANCTE GABRIEL	ORA
SANCTE RAPHAEL	ORA
OMNES SANCTI ANGELI, ET ARCHANGELI	ORATE PROEIS
OMNES SANCTI BEATORUM SPIRITUM ORDINES	ORATE PROEIS
SANCTE JOANNES BAPTISTA	ORA
SANCTE JOSEPH	ORA
OMNES SANCTI PATRIARCHAE, ET PROPHETAE	ORATE PROEIS
SANCTE PETRE	ORA
SANCTE PAULE	ORA
SANCTE ANDREA	ORA
SANCTE JACOB	ORA
SANCTE JOANNES	ORA
SANCTE THOMA	ORA
SANCTE JACOB	ORA
SANCTE PHILIPPE	ORA
SANCTE BARTHOLOMAEE	ORA
SANCTE MATTHAE	ORA
SANCTE SIMON	ORA
SANCTE THADDAEE	ORA
SANCTE MATHIA	ORA
SANCTE BARNABA	ORA
SANCTE LUCA	ORA
SANCTE MARCE	ORA
OMNES SANCTI APOSTOLI ET EVANGELISTAE	ORATE PROEIS
OMNES SANCTI DISCIPULI DOMINI	ORATE PROEIS

OMNES SANCTI INNOCENTES	ORATE PROEIS
SANCTE STEPHANE	ORA
SANCTE LAURENTI	ORA
SANCTE VICENTI	ORA
SANCTI FABIANE ET SEBASTIANE	ORATE
SANCTI JOANNES ET PAULE	ORATE
SANCTI COSMA ET DAMIANE	ORATE
SANCTI GERVASI ET PROTASI	ORATE
OMNES SANCTI MARTYRES	ORATE PROEIS
SANCTE SILVESTER	ORA
SANCTE GREGORI	ORA
SANCTE AMBROSI	ORA
SANCTE AUGUSTINE	ORA
SANCTE HIERONYME	ORA
SANCTE MARTINE	ORA
SANCTE NICOLAE	ORA
OMNES SANCTI PONTIFICES ET CONFESSORES	ORATE PROEIS
OMNES SANCTI DOCTORES	ORA
SANCTI ANTONI	ORA
SANCTE BENEDICTE	ORA
SANCTE BERNARDE	ORA
SANCTE DOMINICE	ORA
SANCTE FRANCISCE	ORA
OMNES SANCTI SARCERDOTES ET LEVITAE	ORATE PROEIS
OMNES SANCTI MONACHI ET EREMITAE	ORATE PROEIS
SANCTA MARIA MAGDALENA	ORA
SANCTA AGATHA	ORA
SANCTA LUCIA	ORA
SANCTA AGNES	ORA
SANCTA CAECILIA	ORA
SANCTA CATHARINA	ORA

SANCTA ANASTASIA
OMNES SANCTE VIRGINES ET VIDUAE
OMNES SANCTI ET SANCTE DEI

ORA
ORATE PROEIS
ORATE PROEIS

AGNUS DEI QUI TOLLIS PECCATA MUNDI :
DONA EIS REQUIEM

AGNUS DEI QUI TOLLIS PECCATA MUNDI :
DONA EIS REQUIEM

AGNUS DEI QUI TOLLIS PECCATA MUNDI :
DONA EIS REQUIEM SEMPITERNAM